



PAENITENTIARIA APOSTOLICA

Prot. N. 1147/18/I

BEATISSIME PATER,

Ioannis Piotrowski, Episcopus Kielcensis, grato erga Deum animo motus, reverenter exponit Indulgentiae plenariae donum, de mandato Sanctitatis Tuae a Paenitentiaria Apostolica, per Rescriptum N. 180/18/I, die 14 Martii 2018 concessum, valde spiritualiter profuisse et prodesse plurimis christifidelibus qui, in dioecesano Spiritus Sancti anno, usque ad diem 25 Novembris 2018, Kielcenses paroeciales ecclesias Spiritui Sancto dicatas et quattuor Kielcenses Basilicas Minores pie visitant.

Quo autem spiritalia bona inde manantia in posterum etiam redundent, Exc.mus Orator petit a Sanctitate Tua ut iam concessa gratia usque ad diem 24 Novembris 2019 prorogetur. Et Deus, etc.

Die 23 Novembris 2018

PAENITENTIARIA APOSTOLICA, vi facultatum sibi de Sanctissimi Patris Francisci mandato tributarum, oblatas libenter preces excipiens, imploratum donum usque ad diem 24 Novembris 2019 prorogat.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.



Maurus Card. Piaccenza
MAURUS Card. PIACENZA
Paenitentiarius Maior

Christophorus Nykiel
CHRISTOPHORUS NYKIEL
Regens